Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



mica mea sintice que multos annos ceca
fuit uisum abeo recepit. Quid aut̄ p̄mum
memorem surdis auditū redditū salutem
omib⁹ egrimoniis restitutam quantos ē
mortuos excitauit aduitam. Hic ostendit
ē alt̄am uitam immortalem nesciam oīs
doloris & tristicie. Et ne incredulū du
cas. q̄d possit dux militū synforus filio suo
ista nocte mortuo abiit ad eum in carcerē.
& in fide sua suscepit eum a carcerariis.
& duxit eum in domū suam. & oratione
facta suscitauit unicū filiū suū. & modo
in ipsius domo sedet (si apls) & docet om̄s ingredi
entes ad se & curat uniuersas infirmitates.
Dicit ei trepsia. Si est ut asseris eam⁹ ad eū.
& si uere ita comp̄bauero in ueritate credā
ei. Stultū ē enī animū hec uidentem p̄ma
nere in incredulitate. Prexerunt aut̄ ad do
mū ducis synfori. & inueniunt ante do
mū synfori eū stantē elephantinū & cu
pientē intrare. s; n̄ p̄mittebat̄ ingredi. Ni
mis erat enī horribilis aspectu. & scabro
uultu. & uoce rauecissima. & n̄ erat p̄ter
uulnera q̄d uideri in eo posset. Ingressa aū
myndonia cum trepsia nichil poterat loqui.
quia occupatus erat. manus imponens sup̄
infirmos multos. Sed cum uideret trep
sia regina tanta mirabilia obstupefacta
ait. Maledicti s̄ ad ō qui n̄ credunt his opi
b⁹ salutis. Mindonia aut̄ dix̄ ad apl̄m. Qui
dā leprosus cupiens ingredi n̄ p̄mittit̄ intrā
re. Apl̄s aut̄ ad sinphorū. Non paciaris p̄
hyberi eos qui credunt q̄d possint salutem
c̄sequi. p̄ me ad n̄o. Dicit ei synphor⁹. Penit⁹
n̄ ē q̄d in eo uideri possit & facies eius ple
na ē uulneribus & uniuersa compago mem
brorū sub una cortice uulnerū plena puto
rib⁹ scatet. Dicit ei apl̄s. Recte totus uul
nerib⁹ datus est ut n̄ sit nobis leue q̄d d̄ns
opat̄. Et iussit ut introduceret̄. Et aspi
ciens eum apl̄s fleuit & flexis genibus
orauit diutissime. Et post hec iussit eum
ad se adduci. Et imponens sup̄ eum ma
nū dixit. Creator omīum rerū uisibiliū
& inuisibiliū qui nob̄ p̄ ih̄m xp̄m filium
tuū dedisti potestatē cecos illuminare. le
p̄sos mundare. demones fugare. mortuos
suscitare. ut cognoscant om̄s quia tu es

d̄s. & n̄ ē alius pret̄ te. iube p̄ manus an
gli tui uisibilit̄ ut expolietur hic ab hac le
pra. & sanus factus agnoscat te creatorē.
& saluatorē suum. Cumq; hec dixisset
apl̄s. apparuit quidā puer fulgido aspec
tu. qui tulit leprosum in parte secreti an
guli. & exuit eum uestimentis suis. Post
hec exuit eum putore fetido sicut qui
excoriat uitulū. & reuocauit eū ad p̄pl̄m.
Apl̄s aut̄ c̄signans eum signo crucis bap
tizauit eum. & fecit eum indui uestimentis
nouis & candidis. Et om̄is p̄pl̄s magni
ficabat d̄m dicens. Quia uere angl̄s dei
apparuit in regionib⁹ n̄ris. Tunc trepsia
misit uxor regis. misit se ad pedes eius. &
osculans uoce clara dicebat. Obsecro te
apl̄e d̄i uiui. ut facias me participem
uite et̄ne. Apl̄s aut̄ dixit ei. Thesaurus
celestis regis patet. & qui credunt ex toto
corde ingrediunt̄ in eum. Et tu g̊ si ue
re credis digna eris sacramentis eius. At illa
ait. Ego credo q̄a n̄ ē alius d̄s. n̄ unus quem
p̄dicas. & ido deprecor ut facias me parti
cipem eorū. qui ad ip̄m p̄tinent. Imponēs
aut̄ apl̄s manū sup̄ eam. capud eius bene
dixit eam. Et post benedictionē instru
xit eam de omnib⁹ & dicit ei. Audiui uo
cē d̄ni mei ih̄u xp̄i uocantē me. & q̄a tem
pus migrandi de corpe isto aduenit. ido
suscipe regenerationē p̄ aq̄m & sp̄m sc̄m.
Et baptizauit eam & om̄s qui aderant
credentes. Reuersi s̄ aut̄ ad loca sua ad
moniti ut eccl̄iam diligerent. sacerdo
tes honorarent. & assidue ad audiendū
uerbū d̄ni in eccl̄ia c̄uenirent. Trepsia
aut̄ reuersa est ad regem. Et dixit ei rex.
Quare tantas moras habuisti ad myn
doniā. ut a matutino tempe usq; ad ues
p̄um n̄ uenires. Dic̄ ei trepsia. Quō pu
tabam myndoniā stultam effectam. illa aū
ad uerā sap̄iam p̄uenit. in qua me fecit
uite et̄ne participem. Nam & ip̄m uidi
p̄ apl̄m suū qui dat om̄ib⁹ salubre c̄siliū.
unde & tu sis rex quia potes immortalis
effici. Hunc si audire uolueris n̄ morie
ris in et̄num. Tunc expauit cor regis.
& iussit ad se adduci cognatū suū carisiū.
& cepit contra eū clamare & dicere. Cū

Certe gl̄a diuine
operacōnis mirabilis